



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Occupatio animae Jesu Christo crvcifixo devotee.

Leroy, François

Pragae, 1666

§.1. Ejus exercitij ex SS. Patribus commendatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47123](#)

Verum nos deniq; non verbis modò, sed etiam exemplo, inflameret Seraphicus Bonaventura: qui in tanti mysterij contemplatione amore æstuans, tamen velut frigidè amare se credens, in omnes sese versat affectus, & in has deum suspiraciones erumpit ad Amorem suum Crucifixum:

P.z. stim.c.2. O amor & desiderium cordis! ô dulcedo & suavitas mentis! ô ardor & inflammatio peccoris! ô lux & claritas oculorum! ô aurium pulchra Symphonia! ô hostia DEO Patri odorifera! ô mellis sua gustatio fluxus sanguinis! ô amantissima palpato lateris! ô anima mea, ô vita mea, ô viscera cordis mei, ô medulla ossium, vegetatio carnium, sensificatio organorum, intellectus inspiratio, & exultatio mea! Cur ego non sum conversus tota in amorem tuum? Quare aliquid est in me, nisi amor? Quomodo possum aliud cogitare vel meditari? Et quid amore tuo dulcior? quid amplius cupio? cur ergo non sum illo illaqueatus & captus? Undig me circumdat amor tuus, & nescio quid sit amor. Hæc & plura S. Bonaventura: vulneratus utique & affectus intimis sensibus, ac velut ebrius ac diffluens tamquam in DEO Iesu suo crucifixo experiebatur suavitatem.

C A P V T I X.

Contemplatio JESU Christi crucifixi, ad ejus amorem in nobis excitandum.

§. I.

Ejus exercitij ex SS. Patribus commendatio.

QVanquam ex ijs, quæ hac parte partim prædiximus, partim proximè subiuncturi sumus, sibi quisque facile conformare possit rationem aliquam, aut modum, hujus utilis nec minus dulcis exercitij; ipsaque experientia compertum sit, Salvatoris de cruce pendentes attentioni contemplatione, vulnerasi solere piorum corda, illangij

illamq; tristem ac doloris plenam imaginem, absque arte, aut præceptis alijs, per se sufficere ad sensus nostros amore Christi vehementius inflammandos: quia tamen non inutile fuerit, Patrum quorundam sensum ea super re cognoscere, possuntq; nonnullis præceptionibus ad id juvari, qui ejus rei usum adhuc nullum habeant; idecirco ei exercitio visum est hoc caput addicere.

S. Augustinus in libro de sancta Virginitate, Virgines c. 54. & 55.
Deo dicatas ad hoc amoris exercitium provocans: *Illiud ipsum* (inquit) *quod in eo* (Christo videlicet sponso vestro) *dederunt superbi, inficite quām pulchrum sit. Internis luminibus inficite vulnus pendens, cicatrices resurgentis, sanguinem morientis. Hac quanti valeant, cogitate; hæc in statu charitatis appendite: Et quidquid amoris nupris vestris* (hoc est, terreno sponso) *impendendum babebatis, illi rependite. Et infrat: Toto vobis figuratur in corde, qui pro vobis fixus est in cruce.*

Similiter S. Bonaventura hortatur itidem Virginem Christi, ut sancti amoris fervorem in se assidue nutrire cureret, ex ejusdem Christi crucifixi contemplatione. Semper L. de perf. ergo, ait, oculis cordis sui Christum in cruce tanquam morientem videat, qui devotionem vult conservare inextinguibilem. Propter hoc Dominus dicit in Levitico: *ignis in altari meo semper ardebit, quem nutrit Sacerdos, subiiciens ligna per singulos dies. Audi foror sanctissima: Altare DEI est cor tuum; in hoc altari debet semper ardere ignis fervidae devotionis, quem singulis diebus debes nutritre per ligna crucis Christi, & memoriā passionis ipsius.*

S. Bernardus libro de diligendo Deo cap: i. de hoc ipso affectu sponsæ crucifixum Sponsum contemplantis, ita loquitur: *Cernit Regem Salomonem in diadema, quo coronavit eum Mater sua. Cernit unicum Patris crucem sibi bajulatrem. Cernit casum & consputum Dominum Majestatis. Cernit autorem vitae, & glorie, confixum clavis, percussum lancea, oppra-*

ROY
CIPRIUS
T. B. S. X
VIT. C. 6.
I

opprobrijs saturatum, tandem illam dilectam animam suam, ponere pro amicis suis. Cernit hæc, & suam magis ipsius animam gladius amoris transverberat, & dicit: fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Plura ex Patribus suggcremus paragrapfo sequenti.

§. 2.

Eiusdem exercity ratio & forma quædam proponitur.

In hac igitur contemplatione quisquis se exercere voluit, is ante Crucifixi effigiem in genua abjectus, primum pronâ capitis inclinatione ab ipso Christo crucifixo venientem gratiamq; ad id quod agitur opportunam efflagitat: tum verò manibus ad pectus in crucis modum conformatis, & sublati in Christum ac defixis reverenter oculis, univerò quodam ac generali intuitu collustret præclaram imaginem illam atq; prædulcem, & divinâ arte prorsus compostam, ad amorem. Contempletur, inquam, amantissimi Iesu corpus exangue, pallore, livore, vibicibus, & ipso suo cruento confusum, contusione deformatum, verberibus, cerum, vulneribus hians, pérq; præduri stipitis membra dirè distentum atq; confixum. En ut sacrum caput inclinat, obsitum spinis, sputis illitum, cæsarie distractâ acque convulsâ, liventibus genis, ore diducto, & suo undiq; rotans sanguine. Ecce ut de honestatus est amabilis ille vultus, dulce spectaculum beatarum mentium: ut obscurâ divini oculi, sedes amoris ac clementiæ: ut de patulo cordis vulnere torrens sanguinis & aquæ egreditur, velut fluvius de loco voluptatis.

Hic verò percusus admiratione spectaculi, ita apud animum suum exclamat: Ecce ut præ amoris vehementia, exinanivit semet ipsum, atq; exhaustus Deus tuus! En quò amore tui redactus est Sponsus tuus, anima, amator tuus, dilectus tuus, Redemptor tuus, & Deus cordis tui. Quod deniq;